Banderium Cunradi Albi Ducis Oleschnicensis Slesiae, quod praesentialiter ipsemet Cunradus Dux de gentibus propriis ducebat, sub quo erant milites sui proprii de Ducatu Vratislaviensi et de Slesia. Et ipse Dux Cunradus fuit captus, et tam Banderio quam omnibus suis fortunis spoliatus. Liberalitate autem Wladislai Poloniae Regis in libertatem restitutus. Sciendum autem est, quod ex omnibus Ducibus Slesiae seu Poloniae nemo praeter hunc Cunradum Olesnicensem et Casimirum Ducem Stolpensem et Stetinensem in partes Magistri et Ordinis Cruciferorum transiverit, cum eorum perpetua ignominia ac dedecore. Qui proprium linguagium propriamque patriam conabantur, adjuvando hostes, lacerare et delere. Utrique tamen Vladislaus Rex de eorum captis militibus pepercit.

Banière portée par Conrad le Blanc Duc d'Oels en Silesie.